

Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliiensis

Vestri, Ottaviano

Coloniae Agrippinae, 1597

VD16 V 940

De responsionibus rei ad positiones actoris, deq[ue] interrogatorijs ac exceptionibus eiusdem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63002)

sentib. 4. Ias. in l. nu. 9. C. de err. calc. & in l. error. nu. 30.
C. de iur. & fact. igno. Dec. in c. cum venerabilis, nu. 18. de
excep. Afflict. decis. 83. num. 3. & Gram. in d. not. 5. 7. & 10.
& consi. 69. Nic. Anto Graua.

Nisi specificatis.) Huc spectat, quod suprà cap. 14.
sub litera A. scripsimus.

Solent cauti.) Hoc tamen intelligas, quotiescunque
confessiones, * veluti erronee ante conclusionem in causa
revocantur, nam postea nequam eas reuocare permitti-
tur, veluti Bart. alijque explicant, in d. l. error, idemq; Bar.
in l. non fatetur, column. 3. ff. de conf. Bal. in l. 1. colum. 2. C.
ne ex del. def. Arch. & Ioh. And. in nouell. in c. 2. de rest.
in integ. & Afflict. decis. 44. nu. 2. Verum * cum tempera-
mento intelligendum / ac erit, nisi confessiones persuasus ad-
uersarij fact. & fuissent, tunc etenim post sententiam quoque
revoocari possunt, ut Bart. citatis in locis adnotauit, quæ con-
sultatur Ias. in l. 1. numero 2. ff. de cond. indeb. & traditur
per Bal. in l. de ruelta, colum. 2. versi. 2. opp. C. de in integ.
rest. Nicol. Anton. Grauatinus.

De responsionibus rei ad positiones actoris, deq;
interrogatorij ac exceptiōnibus
eiusdem.

C A P. V L T.

S V M M A R I V M.

- 1 Testes tribus interrogationum speciebus interro-
gari solent.
- 2 Odiosa restringenda sunt.
- 3 Obiectus specificari debent, & nu. 18.
- 4 Exceptio non specificata repellitur.
- 5 Obiectus praetans, an audiatur si de titulo non
doceat.

- 6 Possessor etiam iniustus defendi debet in sua possessione, donec constet de meliori iure alterius & num. 22.
- 7 Obiectus an in quaunque parte iudicij non possint, & numero sequentur.
- 8 Tertius quando obiectus dare possit.
- 9 Tertius admittitur in causa, in statu, quoniam ritur, & num. 24.
- 10 Practica illa communis excipiendi generalis, quem effectum operetur, & num. 13.
- 11 Obiectus si specificati clare non fuerint, an possint declarari.
- 12 Obiectus si quis ignorauerit, an post terminum eos dare admittendus sit, & an super ignorantia suo stetur iuramento.
- 14 Obiectus etiam in secunda instantia datur possunt.
- 15 Rescripto si neutri, quando obiecti possit.
- 16 Interrogatoria, qualiter, quoniam modis sunt.
- 17 Exceptuorum peremptoriarum, & dilatorum differentia de earumque effectu, remissione men.
- 18 Testes quando repulsantur, eorum defectus, non in genere exprimi debent, putantur fures, spoli, adulteri, & huiusmodi, sed in specie.
- 19 Dies quando est de substantia, debet fieri specialis mentio.
- 20 Libellus generalis & obscurus, parte non offendit, procedit in summaris.
- 21 Actione carens, a limine iudicij repellendas est.
- 22 Possessione sua nemo absque causa cognitione praudetur.

- uandus est, etiam si esset prado, aut intrusus.
- 23 Dilatationes in materia repulsi & contra testes, non absque magna causa & cognitione conceduntur.
- 25 Tertius sciens litem, & se non opponens, prauidicat sibi.
- 26 Tertius non impedit exequitionem sententia, si illi de indemnitate caueatur.
- 27 Probatio in promptu quando dicatur, arbitrio iudicis committitur.
- 28 Testes veniunt instrumentorum appellatione.
- 29 Praesumptio iuris liquidissima est probatio.
- 31 Ignorantia non praesumitur, cum res palam inno-
tescat.
- 31 Ignorantia solo iuramento probatur, admittitur
tamen probatio in contrarium.
- 32 Repulsa testium in causa appellationis, an di-
mittatur.
- 33 Repulsa, est defensio.
- 34 Repulsa in causa attentatorum admittitur.
- 35 Repulsa facta conclusione non conceditur.
- 36 Repulsa in causis summaris an concedenda.

Ex diuerso, si tu partes rei sustinebis, mu-
nus tuum erit intentionem actoris opti-
mè scrutari, & quod ad responsiones po-
sitionum attinet, quantum salua conscientia, po-
teris nihil de actoris intentione concedere, qua-
rum responsionum formulam, apud vulgare
Formularium procuratorum Roman. Curiæ
habes, non repeto, amplius & articulos di-
versæ partis diligenter considerabis in om-
ni capite & primò interrogatorijs in exami-
ne siendis, & exinde exceptionibus studebis

pro viribus actoris intentionē extenuare, pro
reō incumbit, 4. quæstio, 4. c. p. 1. In quo⁸ gener
extenuandi intentionem actoris per viam in
rogationum, a solemus testes tribus interrog
tionum speciebus interrogare, nempe quibus
vel factum, quod ex aduerso articulatore
ne alicuius qualitatis, temporis, loci, aliquo
spectu alteratur, diminuitur, vel alias muratur
eius effectus, ita, ut alleganti non prospicit, vel quib
us ratione personæ, vel denique ratione dicti
ipsius testis collitur de fide sua in totum, vel in
partem, quod si exceptionibus quoq; actoris in
tentionem extenuare volueris, b utique triplici
exceptionum specie pro rei defensione uti sole
mus, de peremptorijs loquor, & alias præmu
to, nempe, qua scilicet ratione personæ ad
oris, vel ratione defectus in titulo eiusdem, vel
denique ratione melioris iuris ipsius rei actoris
intentionē euacuamus atque elidimus. Pro quo
bus agendis formulas suprà citato vulgaris for
mularij libello habere licebit, materiam vero
tribuet tibi legalis potius suppellestilis, quam
longa fori versatio.

Quarum exceptionum si ultimam speciem
spicimus, hæ exceptiones, tametsi principaliter
ex eis inferetur, ius alteri parti non competeat,
cùm tamen tendant ad purificandum, vel alias
instruendum ius & titulum ipsius excipien
tis, passim admitti solent, prout supra de ar
ticulis actoris docuimus; sed reliquæ spe
cies cùm per similes exceptiones non doceatur,
neque principaliter, neque in consequentiā
de aliquo iure excipientis, sed de non iure al
terius partis, dicimus eas esse de materia ob
iectum,

iectiua, & cùm videatur quis simili materia a-
etoris potius personam, ac titulum arguere, &
defectus opponere, quàm de iure suo dare, con-
suevit sacrum Palatium in similibus difficulto-
ris esse admissionis, ea ratione, quòd materia o-
diosa videatur, in qua * non est laxanda, sed po-
tius restringenda licentia, argum. cap. 12. quæst. 3.
cap. si quis episcopus criminationes, 7. qu. 8. quis
crimen, & l. sciant de accus. Et prima difficultas
sacri Palatij est in hoc genere, vt non requirat à
producente specificationem, de qua in l. libello-
rum, ff. de accu. canonizata in 2. q. 3. in Rota deci.
86. in no. fuit dubitatum de libell. oblat. & iniu-
rijs in princip. c & hoc * quia de iure expressum
est, similem specificationem in obiectibus neces-
sariam esse, etiam in beneficiali causa, in cap. vt
circa de electio. libro 6. & in clemen. constituti-
onem eodem titu. Innocen. in c. cùm venisset de
in integrum restitu. Rot. decif. 605. in antiqu. Dic,
quòd itylus sacri Palatij de materia obiectiua.
Et propterea nisi similis materia sit, vt suprà be-
nè specificata, non consuevit admitti in palatio.
Rota decif. 648. in antiqu. sciendum de articulis,
& 780. etiam in antiqu. sciendum de articulis ob-
iectis. Aegid. conclu. 445. si contra de proba. &
conclu. 562. conclusio de excep. & quod ad tem-
poris expressionem attinet, in hoc dissidet speci-
ficatione nostra ab ea, de qua in d. l. libellorū, quòd
satis erit exprimere mensem & annum, & non
cogeris specificare diem, d nisi forte essemus in
casu, in quo dies esset de substantia. Nic. Milis in
verbo articuli, numero sexto. Quæ * tamen om-
nia intelligas, & quæ suprà diximus, similes ma-
terias male specificatas non admitti, e videlicet

Y 5

parte

d

4

e

parte opponente, quoniam etsi materia illa bona, spectat tamen ad partem allegare, quod non sint bene specificatae, & non tenetur iudicid à se supplere, parte non accipiente, etiam absens sit, dum tamen contumax esset, nisi sibi specificatio esset valde necessaria, & magni efficiens in materia subiecta. Aegid. conclusione 44. si contra de excep. Amplius intelligas, eis materia, quæ daretur obiecta, esset iam probata, Rot. decisione 780. in antiqu. sciendum de articulo obiectuus, imò non solum si plenè probata esset, sed etiam semi plenè tantum, ut potè, per unum testem, quasi tunc omnis calumnia suspicio esset. Aegid. conclusio. 452. si mandatur de probatio. cuius argument. idem dicendum est, vbi quis alijs modis suspicionem calumniam duceret.

Secunda * difficultas est, ut non audiatur quis volens dare obiectus, nisi prius de titulo, vel lias de iure suo docuerit, argumēto notatorum per Innoc. in c. cum Barto. de re iudicata. s. quodquidem non solet quis audiri, nisi sua incusat, ad nota. per eundem Inno. in c. super his, velbo excludatur, de accus. & est gloss. ordinatio in c. prius electionem de concess. præbend. Aegid. conclusio. 383. non possessor de exceptio. & in proposito consueuit Palatium admittere pro sufficienti interesse ad finem dandi obiectus, si quis daret illos, possessor esset, audiretur enim voles possessor dare obiectus absque eo, quod de alio iure suo doceret. Rot. decis. 418. no. an reus de exceptio. obiect. in antiqu. & decisio. 70. nota, quod vbi constat de re iudica. in antiqu. & 1. in antiquioribus, Bisignet. Cassad. decis. 2. de exceptio.

in fin. g Idque * ea ratione, quod intersit possessoris etiam ius non habentis non amoueri à possessione beneficij, donec constet de meliori iure alterius. Rota d. decis. 70. in antiqu. & satis est reo vincere ob non ius actoris etiam si per eius confessionem, vel alias constaret de non iure suo, arg. l. fin. C. de rei vend. & notorum per Compostel. in cap. mandatis de rescrip. Cuius rei ratio est, quia melius est, quod possessor iniustè remaneat in sua possessione, quamvis iniusta, vel vitiosa, quam dare alteri vitiosum ingressum de nouo, præsertim, quia si possessor erit iniustus, subest suo ordinario, qui poterit pro officio suo illum à possessione amouere, cap. ordinarijs de offic. ordinarij. libr. 6. Ioan. Mo. in c. vt circa, de electione. eod. libr. verbo inter dictam, Rota dict. decisione 418. in antiqu. no. An reus de except. obiectuvis.

Tertia h denique difficultas est, vt * non paf sim in quacunque iudicij parte admitti soleat hæc materia obiectua, veluti de simplici supra docuimus, idque eadem fermè ratione superius allegata, quod veluti concernens defectum tituli, vel personæ aduersarij, & non ius dantis, visa fuerit odiosa, & propterea arcenda eius probatio, l. quidam, ff. de lib. & posthum, cap. pene d. r. de pen. Specu. tit. de exceptio. §. 3. incip. Disto de dilatorijs, nu. 9. versi. & nota, quod si contra exceptiuentem, ibi, & hæc repulso præcipue locum habet contra exceptiones criminum vel defensionum. Quamobrem vsu receptum est in sacro Palatio, vt in quauis causa spirituali, vel prophæna similiis materia non admittatur, nisi infra terminum datum ad articulandum. Rot. decis. 708.

Nota,

g
6

h
7

Nota, quod si in aliqua causa de arti. 606. Di-
quod stylus, de materia obiect. 419. Not. Ante-
reus de excep. 424. Not, quod si prima instans
de excep. obiecti. omnibus in antiquis.

Quod procedit, & seruatur non solum in
8 qui a principio in causa fuisset, sed etiam a
tertio veniente ad causam, ex clausula genera-
li, omnesque alios, &c. post similem terminum
exclusum seruatum, in quo licet videatur pri-
ma facie, quod posset dare obiectus post dictum
terminum, qui non deberet excludere eum, cu-
non fuit praefixus, & qui non fuit in causa, ne
potuit prius dare, & propterea sine culpa non de-
beret excludi, c. cognoscentes, de consti. Nihil-
minus non consuevit Palatium ipsum admis-
re volentem post dictum terminum dare ob-
iectus, i ex quo * admisso tertij solet fieri ad statu-
quo reperit causam, & sic debet admissi ad statu-
9 tum causae cum suis qualitatibus, l. eum qui, a
de iure iur. Cassa. decisi. i. de excep.

Amplius seruatum est etiam, vbi similes ma-
teria datæ essent verbo infra terminum, quo-
su non inseruiret communis practica excipi-
di generalia infra terminum, neque * operari-
tur effectum praeseruatum solitum per similes
excipiendi modum operari, quod propter om-
nes exceptiones sic in genere, licet verbo infra
terminum datas, praeseruaretur excipienti facil-
tas illas dandi etiam post terminum per not. per
Bald. in c. i. in princi. extra de fide instru. per Bo-
lin. in cap. licet causa, colum. i. 3. de proba. Marb.
sing. 13.

10 II Idem * quoque seruari consuevit, si datæ es-
tæ

sent materiae etiam factio, & realiter infra terminum, velletque is, qui dedit, nihil de novo dare, sed aliquid de contentis in materijs datis in termino duntaxat declarare, non admitteretur enim similis declaratio post terminum, & dilatio, quae de stylo Palatij pro termino substantiali seruari solet, ad declarandum, prout supra suo loco docuimus non daretur, & data non inseruit, respectu similis materiae, & ad effectum illam declarandi, ad no. in cap. in generali, §. si per Ioā. Mo. de re iu. lib. 6. Rota decis. 262. in antiqu. nota, quod si in prima instantia de except. obiectio. & 416. in eisdem, not. quod si in prima instantia, eod. titu. & licet ille, qui declarat nihil de novo faciat, sed quod factum est, tantum dilucidet, i. heredes palam, ff. de testa. cum nota. Nihilominus in ista materia, ut pote odiosa, voluerunt Patres imputari parti, quae a principio debuit praevidere, & clarius excipere. Cota decis. 64. in antiqu. Nota, quod in articulis, de articu.

Mitigaretur tamen iste rigor, & admitteretur post terminum ad articulandum tam declaratio ad materias prius datas, quam ipsae materiae, si tunc de novo darentur, vbi cunque calumniæ suscipio cessaret, & summoueri posset, prout in plurimis casibus seruatum esse comperio, ut pote, si materia, quae daretur, vel quam declarare quis vellet, reperiatur iam probata, argumento notatorum per Rotam decis. 780. in antiqu. sciendum de arti. obiecti. & decis. 648. in eisdem sciendum de articu.

Idem si non plenè probata esset, sed semiplenè tantum per vnum testem, Aegid. concl. 452. si mandatur de probatio. idem si probatio similis

mate-

materiæ esset in promptu. Aegid. conclu.

Quòd si s. de exceptio. quæ licet loquatur de pro-

ratio generalis sit, & non secus dicerem, si pos-
tio, quæ in promptu esset, consisterec etiam o-

stibus, vel alia probationis specie, quo examplo

idem opinor dicendum, si materia, quæ darec-

haberet præsumptionem iuris pro se, I summe-

ueret enim similis præsumptio caluminis suspi-

cionem, prout alibi similis præsumptio iuris

pro assertione prælati, quæ aliæ non probare

in præiudicium suæ ecclesiæ, (ea ratione, quod

assertio suspicaretur facta ad effectum fraudu-

lii ecclesiæ) faceret similem suspicionem celi-

re, & assertiōnem probare, etiam in Ecclesiæ pro-

iudicium ad nota. per Curt. Iun. in tracta. in

feudorum, prima parte principali car. 6. qu. 1.

numer. 15. allegat. c. si diligent, & Abb. ibi. 3. 00

tab. de præscript.

¶ Qua* ratione, idem quoque servatum est,

bicunque is, qui daret obiectus iustum tarditatem

sue caussam haberet, ut pote, si terminum huius

modi notitia similis obiectus ei superuenientia

ad l. de ætate, §. ex caussa, ff. de interrogatio-

pastoralis de exceptio. ad stipulatur, c. in huius-

te de offi. deleg &c. ut circa in verbo nisi aliquid

de electio. in 6. Aegid. conclu. 5. 62. conclu. quod i

P. ibi de tertio vero, Cassa. decisi. de exceptio. in

princ. m & cum ignorantia potius præsumatur,

quam scientia, l. verius, ff. de proba. videtur ibid.

voluisse Aegid. pro verificatione ignorantia co-

stari simplici allegantis assertioni neque exi-

pro rationis onere grauandum esse, " sed iuramen-

to potius suo in hoc stari debere, veluti d

re, quæ in animo consistat, donec aliunde scien-
tia comprobari non potest. Idem etiam si quis
vellet dare obiectus contra titulum, & gratiam
post terminum huiusmodi ex aduerso produ-
ctos, admitteret enim tunc eum cum ea ratione
sacrum Palatum, quod si iste titulus, vel gratia
non fuerunt ante terminum producti, non po-
tuit altera pars diuinare, neque præuidere exce-
ptionem contra haec tenus ignotam actionem, id-
que & iam si non solum terminus ad articulan-
dum, verum etiam alij omnes seruati reperien-
tur. *Cassa. decis. 1. de except. n. 2. quo exemplo. i-*
dem opinor dicendum in eo, qui vellet dare ob-
iectus contra personam tertij, qui non venisset
ad caussam, nisi post dictum terminum ad arti-
culandum. Militat enim excusationis ratio præ-
cedenti æquipollens, verum hæc facultas dandi
obiectus, etiam post terminum in præscriptis ca-
sibus, vel alijs, vbi eadem excusationis caussa mi-
litet, non consuevit longius laxari, sed eadem o-
dij ratione arctari, si modò volens obijcere, id in
continenti faciat, & si contra gratiam, ut supra
post terminum productam velit dare obiectus,
obijciat in termino ad dicendum contrà, post quæ
non audiretur amplius. *Cassa. decis. 1. de except.*
n. 1. & 3. Et quod suprà diximus, obijcias in ter-
mino, intelligas specificè, nam *communis pra-
etica excipiendi generalia, contra, præseruatiua
facultatis specificandi exceptiones nobis com-
petentes in quacunque parte iudicij operatur in
exceptionibus, quæ sunt de iure datis, quæ sic nō
specifice dari possunt, secus autem videtur di-
cendum in ipsis exceptionibus obiectiuis, quæ
non sunt de iure dantis, & in quibus requiri-
tus

etur specificatio, de qua in d.l.libellorum de-
tu. per supradicta, saltim in his, quæ sic nos-
cificatæ non admitterentur etiam parte no-
ponente, (prout suprà docuimus) concessio-
nunc, quòd in alijs, parte non contradicente,
missilibus, practicā dicēndi generalia con-
faceret effectum suum præseruatiūm.

Generaliter vero vsu receptūm est, ut ei; qui
obstante sibi termino ad articulandum exis-
tu similis facultatis obijciendi, vel obiectus de-
clarandi non valuit in una instantia obiectu-
re, vel datos declarare, id sibi liceat, in sequi-
stantia vsque ad tertiam instantiam, quatenus
mini & dilatōnes, quæ dantur in una instantia
tanquam ordinatoria illius instantiæ non se-
tendunt, ad sequiores instantias, & istarum
de more sacri Palatij est, quòd omnis instantia
habet suas dilatōnes, & terminos, simò idem re-
mini de nouo dantur, prout suprà suo loco vide-
sti, & hoc, ut quis in causa appellationis polli-
non probata probare, & non allegata allega-
et quam facultatem admittit Palatum etiam
istis materijs obiectiuis tametsi odiosis. Rota
decis. 419. in antiq. notā, an reus de exceptio. Mi-
lis in verbo Articuli, numero quarto allegat
per hanç, C. de tempo. appell. allegat confil. Ro-
man. de quo ibi per eum; quod etiam seruatur
est in obiectibus, vel eorum declarationibus
præcedenti instantia propter lapsum termini
pulsæ, nam repulsiō non est reprobatio cau-
cognita facta, argu. l. non videtur, s. si ratione-
ff. de compensatio. & repulsiō fuit ab illa instantia
tantum. Rota decis. 420. & 426. ambabus in-
pientibus. Nota, quòd si in prima instantia, et
et

exceptio obiect. & ambobus in antiqu. vbi licet similis facultas admittatur in sequioribus instantijs, restringitur tamen infra terminum ad articulandum de novo in dictis instantijs dandum, & (ut opinor) reciperet omnes ampliations, & limitationes, quas suprà docuimus.

Sed dices, si vis exclusiva istius facultatis danni obiectus, vel datos declarandi à lapsu termini ad articulandum prouenit, ista materia raro, vel nunquam practicabitur, ex quo inoleuit ab usus, vt termini nunquam sub sua die, neque a lias rectè, sed nulliter seruentur sub spe habitu rae sanationis per reiterationem in vim extrauagantis Inno. 6. de facultatibus Auditorum suprà saepius citatæ, vel specialis commissionis passim dari solitæ, & quod nullum est, nullum præstare posset impedimentum, & quod debeamus intel ligere de termino ritè & rectè seruato, docet Cassa. d. decis. t. de exceptio. in prin. Quamob rem non desunt procuratores in Roma. Cur, etiam famosi, qui non solum non nouerunt casus, quibus similis materia, vel eius declaratio ad mittetur, vel repelleretur, verum nescirent eam ab alijs materijs discernere, licet antiquiores patres in illis dignoscendis plurimum insudarent, prout nobis plures decisiones suprà saepius citatæ indicant, & præsertim decis. 27. in not. tuit dubitatum, de positio. & exceptio. & propterea non est omnino negligenda, præsertim, quia facile posset venire casus necessariæ disputationis istius materiæ. Finge enim, quod quis timens obiectus, caueret à mala obseruatione istius termini, & ritè ac rectè seruaret illum, vt excluderet te ab ista obiectiæ facultate. Rursus finge, quod

auditor, (prout plerunque euenit nostris temporibus) pronunciet, prout in cedula, & postea scriberet interloquitoriam, nonne terminous articulandum, tametsi nulliter a principio factus seruatus, remanebit, beneficio reiteratae factae tempore dictae pronunciationis phonae cedula sanatus, ac si validè seruatus fuisset, in reiteratione citra operabitur suum effectumclusium.

¶ Cæterum, * non ignorabis in hac specie, quod vbiunque ageretur ad canonizationem gratia, si neutri tunc omnis materia, quantumvis obiectua diceretur, descendere a gratia imperat, & esse de iure dantis, & essemus extra causam. cap. ut circa, de elect. libro 6. & clemen. conditionem eod. titul. Quandoquidem si ius & causus dantis istos obiectus, est ista gratia, si neutri cum nullum ius impentranti tribuat, nisi sub illa conditione, si neutri ius competet, quicquid obijciat impenetrans ad docendum de non iure aduersarij censembitur de iure dantis, & non obiectus, ex quo tendit ad purificandam gratiam suam conditionalem Nic. Milis verbo articulo numero 7. Rota decis. 827. in antiqu. Nota, quod materia de materia obiecti. & decis. 27. in nota fuit dubitatum de exceptio. & positio. Et propterea seruat Palatum, ut in prescripto causa quando ad canonizationem similis gratia, si neutri ageretur, admittere quoscunq; obiectus ab illa que specificatione, l. libellorum de accusacione, supra diximus. Rot. d. decis. 27. fuit dubitatum in nota, idque etiam post terminum ad articulandum, & quandounque prout alias materiae non obiectuas, & licet exceptiones huiusmodi

simplici
ut per
naturam
gratia
tura
psius
addi
simplici
dum
quia
estit e
tus, re
imma
capio
riza ab
mini
mater
eis de
neutri
geret
cifica
rum p
pient
ptio.
tu hinc
milis

So
fias d
egreg
Dott.
Am I

simpliciter acceptæ sint ex natura sua obiectiva, utpote concernentes defectum tituli vel personæ aduersarij, ratione tamen subiectæ materiæ, gratiæ si neutri, in qua dantur, mutatur eius natura, & censetur rationibus prædictis de iure ipsius dantis, & dicit collector. d. decis. 27. prima additione in fin. mirum non esse, quod vna res simpliciter accepta sit vnius naturæ, & postmodum per adhæsionem alteri rei mutet naturam, quia hoc videmus in pluribus casibus, & subnedit exemplum de tigno, qui simpliciter acceptus, res mobilis est, & postmodum ædibus fixus immobilis reputatur, i.e. um qui ædes, ff. de usucatio. & instantum admitterentur similes materiæ absque specificatione, & circumscripto termini lapsu, ut procedat non solum in similibus materijs, quæ de novo darentur, verum etiam in eisdem, quæ in eadem caussa, antequam gratia si neutri superueniret, seu eius canonizationem ageretur, fuissent repulsa tanquam vel male specificatae, vel datæ post terminum, argu. notatum per Rotam decis. 420. & 426. ambabus incipientibus nota, quod in prima instantia de exceptio. obiecti ambobus in antiquis. Quamobrem tu hinc dijudicare potes, quanta sit plerunque similis gratiæ, si neutri utilitas.

A N N O T A T I O N E S.

Solemus.) Interrogationes testibus fieri solent, ut falsitas detegi valeat, quæ* qualiter fiant, quot ve modis, Spec. egregie docet in tñ. de test. §. iam de interrogatorijs, traditūq; Dott. in c. presentium, de test. in 6. & libellorum ille architebus Io. Pet. Ferra, in forma iuræ. testiū, in ver. protestante,

22

num.

a

16

num, 5. cum sequ. ad finem usque ubi & Ioan. Bap. Iulius
multa cumulat. Nico. Anton. Grauatus.

b Utique triplici.) si * exceptionum peremptiorum
17 & cur ita nuncupentur, si exceptionum insuper dilataturum, earumque discrimina, vim, ac robur, uno quaque
videre cupis, Argeli Aretini doctos commentarios lega-
stis. de except. Doctor. in l. peremptorias, C. sententia, su-
poss. & in l. exceptionem, C. de proba. Abb. Felinus ap-
centiores in capit. exceptionem, de except. Nicolai Ant.
Grauatus.

c Et hoc quia.) Et adeò * in obiectis criminibus
18 lis mentio de eis necessariò facienda est, quòd si contraria
generaliter fiat, verbi gratia, quia sunt fures, spuri, adul-
teri, & de similibus, non sufficeret, tex. est in c. presentationis
testes, de test. lib. 6. & traditur per Bar. in l. testimoniis
Iulia. ff. eo. tit. & in l. 1. in fin. C. de testa. Bal. in anth. lo-
catur, in fin. C. de test. ad quæ conferunt dicta per Affili-
cis. III. nu. 9. Nicol. Ant. Graua.

d Nisi forte.) Quando * dies est de substantia speciosi
19 ius mentio habenda est, ut adnotant Bald. in l. 1. C. de in-
Ro. in l. Pomponius, §. rei perduellionis, ff. de acquirende
red. Aret. in c. qualiter & quando, §. debet, col. 7. de usq.
& Ias. in l. 2. §. si quis Ephesi, ff. de eo, quod certo loco. Nic.
Anto. Graua.

e Videlicet.) Huc pertinent dicta * per Alexa. enj. 3.
20 col. 3. lib. 4. & Decium post nonnullos, quos citat in l. 1.
C. de eden. quòd libellus in causis summariorum, & sine quo
quam bene declaratus, sed generalis obscureque compi-
fuerit. tamen parte non opponente valeat. Quanquam in ha-
specie Ias. in dict. l. edita, num. 6. & plerique alij volunt,
quòd etiam parte opponente libellus generalis procedat in
summariorum, at secus in ordinariis. Quia de re ibidem docti-
mum præceptorum meum D. Ioan. Bolognetum video.
15. ubi fædere distinctionis concordat opiniones. Quicquid

Com. op. I.

num. 80. tradit, libellum tantummodo per libellantem, sed non per eius heredem declarari posse, & hanc communem esse opinionem affirmat, quicquid econtra Decius dixerit. Tidem quod nec procurator (nisi specificum haberet mandatum) libellum declarare potest, nec etiam dominus libellum procuratoris, ut ibidem praeceptor meus, & Ias. quoque n.

26. Ceterum in causis ordinariis libellumque requirendum, si libellus ineptus esset, etiam parte non opponente, non procederet: quinimodo per eo latasentia ipso iure nullius est robors, cap. examinata, de iudic. ubi Doctores notant. Alex. consi. 147. lib. 6. & corsi. 79. lib. 2. Felin. in c. in literis col pen. versi, & ria declaratio, de offi. deleg. & Vant. de nullit. ex def. et proceſ. nu. 22. Nicol. Anto. Grauatus.

Qandoquidem.) Huc autem vergit pulchrum Bar. pronuntiatum in l. ubi pactum, ubi Alex. & Ias. num. 10. & u. c. de trans. quod * cui non competit ius agendi suaque non interfit, iudicij limen precludendum est, ab eoque ille submonendum. Quinimodo boni iudicis est, ex officio illum repellere, ut eo loci per Ias. & Soc. consi. 255. lib. 2. Alexand. & Imo. in l. 4. s. hoc autem iudicium, ff. de dam. infe. & Felin. iu. ad aures de prescrip. qua de re Doct. legas decis. 171. nu. 21. & 22. Nicol. Anto. Grauatus.

Idque ea ratione.) Faciunt, que * habentur in c. 1 & in literis, de rest. spol. per Rot. decis. 25. cod. tit. in not. per Doct. in Q. recuperandæ, Institu. de interd. & in l. si quis ad se fundum, C. ad leg. Iul. de vi pub. Rip. post ceteros in l. naturaliter, s. nihil commune, nu. 46. ff. de acq. poss. & Folin. in cap. vlt. numer. 24. vers. fallit secundò, de presumpt. ubi voluit prædonem, aut intrusum, sive iniustum detentatorem beneficij alisque causæ cognitione amoueri non debere, & tradidit Dec. in l. vltim. num. 4. C. de edicto diuini Hadr. toll. Nico. Anto. Grauatus.

Tertia.) Ad hæc conferunt, quæ Abb. scribit in c. licet d. leſtus, in fin. de test. ubi * in materia obiectua contratestes,

dilutiones, non absque magna cauſe cognitione conciliata
ea nemp̄ ratione, quia de re odiosa agitur, que reſtrīgi-
bet. Nico. Anto. Grauatus.

i Ex quo admissio.) Tertium * ad cauſam rei
24 in ſtatu, quo ea reperitur audiri tantum debere, Dicitur
cunt, in l. ſep̄. ff. de re iud. Afflīct. decif. 235. vbi multum
dīte differit, & Franc. Mar. decif. ſeu queſt. Delph. 235.

25 ſerens, quōd * tertius ſciens litem ſequē non oppoſent, vel
Lat. aſtentia appell. aſns, prieiudicium ſaltēm, quo aſ-
fionem ſibi p̄arat, & hanc communem eſſe opinionem dī-
mat, & Alexan. in l. à Diu Pio, ſ. ſi ſuper rebus numero
ff. de re iud. hinc Abb. egregiè ſcriptum reliquit in cap. 1
eo. colum. vbi de offic. de leg. quōd ſi iudex malicioſe iuris
ſe habere ad exequitionem impediendam animaduicium
lum audire ne quaquam debet, quod quidem dictum ne
perē notandum I. ſ. censuit in l. 4. ſ. condenmatum, num-
26 u. ff. de re iud. Ceterū, * quando exequitio ſi aliqui
per re, de qua fuerat prolata ſententia, illam quidem exca-
tionem à tertio ſe opponente impediiri non poſſe clarissi-
mū eſt, ſi illi de indemnitate caueatur, l. is à quo, & l. ſ.
quen. ff. de rei vendi. vbl. B. . per hec iura concluſum
Diu Pio ſ. ſi ſ. per rebus, numero 2. vbi I ſ. numero 2
Vint. Hercul. num. 32. Quod quidem in beneficīis luc-
etiam ſibi vendicat, teſtibus I ſ. ſane eo loci atque Felic.
c. veniens, 2. numero 7. de teſt. Necnon & in feudalitatis
afflīcto hoc attestante in c. imperi. lem. ſ. p̄aſterea interius
numero 67. de prohib. alien. per Fed. & in c. ſi duo, nam
33. de pace tenen. Sed hac in re Myſing, legere non teſtis
in ſuis obſeru. Cent. 3. obſer. 73. vbi communiori ſen-
tentia tres eſus diſtinguendos eſſe dicit, videlicet, at in
re vacante exequitio ſit, id eſt, à nemine poſſeſſa, & tertio
contra iudiciorum illam impedit, per text. in cap. veniens, de re
Aut ſi exequitio in re per alium poſſeſſa, & tunc tertiorum
traditione non obſtante exequitio fieri poterit, l. ſicco. ſ.

Com. op. i.

de rei vendi, si tamen (ut diximus) victor cautionem de re-
situendo prestatabit, si tertium obtinere comingat. Aut deni-
que condemnatio in una re f. ita est, & in alia fit exequitio,
& tunc tertius exequitionem impedit iuste Bar. in d. §. sua
per rebus, cui Imola inhaeret, d. c. veniens. Sed & illud pre-
teralibet adiungere, quod à Cassad. traditur decis. 1. de ex-
cep. & Felin. in c. cum super numer. 3. de re iud. ubi docent,
quod tertius cum venit ad causam vim clausulæ, omnesque
alios interesse putantes in rescripto appositi, tunc in eisdem
statu & terminis admittitur, in quibus causa reperitur, us
queadèò, si publicata essent testimonia, sibi obessent, teste
Ioan. Mona. in c. ultim. ut lit. pend. Qua de re vide Felinum
quoque in d. c. veniens. & c. exceptionem, de exceptio. Cæ-
trum, quando tertius commissionem impetrat, quod consti-
to de interesse index ipsum admittat, tunc in eodem statu ne-
quaquam recipitur. sed renouandus est processus, ut citato lo-
co Cassad. astrictus. Sed an tertius veniens ad causam post ter-
minos non ritè retteque seruatos, teneatur illos iterare at-
que repetere. Vide Papaz. in annot. ad Rot. decis. 2. nu. 37. de
rescrip. ubi iterandos licet subdubius affirmat, eoque loci et-
iam tradit terminorum of seruationem singulari successorè
prodesse. Quiquidem tertius ad defensionem causæ pro sua
interesse, ex persona rei comparentis poterit fori declinato-
riam post litem etiam contestatam opponere, licet talis ex-
cepio regulariter ante litem opponi debeat. cap. inter mona-
sterium, de re iud. ita tradunt Innoc. in c. capitulum sanctæ
Crucis. in glo. sed dices nomine, de rescrip. Ias. in l. ita demum,
num. 5. c. de procura. & Franc. Niconi. allega. 34. num. 17.
Nico. Auto. Grauat.

Non secus. Sententie auctoris conferre videtur, nam
arbitrio iudicis relinquitur, quando illi id aut in promptu,
sive per instrumenta, vel testimonia probatio fieri dicatur, l.
3. §. cum igitur, ubi Barto. ff. de vi. & vii arm. Ias. in l. si ita
quis, §. Seia cavit, nu. 14. de verbo. oblig. abb. post. Innoc. in c.

veniens, de test. idem I. s. in d. l. 4. y. condemnatum, p. 30. & est communis opinio, ut Prepos. assicit in cap. quod resti. 3. q. 1. qua de re vide as etiam Franc. Mor. dect. Dic.

Com. op. 569. & iterum 570. & 601. prescribitur. ^{*} i. stru-
28 mentorum appellatione comprehendantur, l. 1. ff. de stru-
stru. glo. & Doct. in l. si ex falsis, C. de trans. & in i. pos-
nit, l. de test. cog. & Lar. fr. in cap. quoniam contra iuris-
strumentorum productiones in princ. de proba. Nicolum
ton. Grauat.

I Summoueret enim.) Et nimis est, * cum pre-
29 ptio, liquidissima sit probatio. s. cundum gloss. in l. sum. de peric. tut. Afflict. dectis. 13. num. 24. & Tiraqu. mul-
aceruantem in l. si vñquam, in verb. donatione largi-
133. C. de reuoc. donat. Nico. Anto. Graua.

m Et cum ignorantia.) Limita hoc, * nisi palam no-
30 tate sceret, tunc enim scientia presumitur. Gloss. in Clem. 1. ver. publice de sepult. Bald. in cap. quoniam contra iuris-
lit. non contest. glo. communiter approbata in l. si in i. pos-
tus, C. de peric. tut. & glo. in l. vlt. ff. de decret. ab ord. falc.
vbi ignorantia eius, quod publico edicto proponitur, ne-
quam verisimilis est, alias ignorantia excusat; quam
quilibet carissa etiam iniusta ignorantem excusat & iur. Gloss. 2. in c. 1. de concess. præbend. nisi ignorantias. pinacis
cap. 2. de const. lib. 6. Gomes. in reg. Cancell. de impen. bens.
vnuen. q. 3. & 31. Et usque adeò ignorantia presumitur, ne-
lius, que in testamento paterno continerentur. s. iure pre-
sumatur. et C. r. t. Iun. scribit consil. 8. cui co stipulatur ho-
rory. Cagn. in l. Qui in alterius, nu. 12. ff. de reg. iur. quoniam
ait, hoc ne quaquam in herede extraneo locum habere, p. f.
quam hereditati se immiscuit, & hanc esse communem op-
tionem assenerat. Nico. Anto. Graua.

n Sed iuramento.) Et si * ignorantia solo probetur in
31 ramento, cap. si vero. 2. de sent. excom. & cap. vlt. quoniam
af.

accus. pos. attamen contrarium probari potest. Gloss. in c. eos
in verb. affectata, de temp. ord. lib. 6. Rom. cons. 102. Bart.
in l. si cui. §. iisdem ff. de acc. s. Felin. & Dec. in 2. l. et. in c.
cognoscentes, rterque in ultim. column. de const. & Tira-
quell. de utroque retract. §. 4. in glo. 1. colum. 1. cum plurib.
sequen. ubi cumulatissime.

Quam facultatem.) Andr. verò Isr. in const. reg.
Neap. incip. Iurisperitorum, & Afflict. ibi, in appellationis
* caussa, criminis contratestes obijci posse negant. sed in pri-
ma instatia tantum eos reprobari concessi esse affirmant,
quorum sententiam cum temperamento (quoad testes so-
lummodo in principali caussa examinatos) locum habere
intelligas. Secus, si noui testes in ipsa appellatione producti
fuerint. Nam si testimoniū reprobatio, hac facti specie non con-
cederetur, utique ipsa defensio denegaretur, cum * repulsa
defensio sit. Clem. se pè, §. non sit, ubi gloss. de verbo signifi-
ca. & tradit. Afflict. decis. 351. numer. 3. Hinc est * quod in
caussa attencitorum, testimoniū repulsi admittitur, nisi ob ca-
lumniā differendē litis caussa peteretur, ut eadem decis.
ab Afflict. proditum est. At in testiū in priore instatia
examinatis, iure optimo in posteriore reprobatio locum non
habet, cum imput. in dū sit illi, qui poterat, sed reprobare
non curauit, pr. sc. ritim * facta conclusione in caussi, post
quam repulsa non conceditur. §. vlt. in authen. de test. ve-
luti * quoque in causis summarīs eam concedi non debere,
arbitrii sunt Abb. in c. veniens 2. de test. ubi etiam Felin.

¶ Capic. decis. 55. num. 3. pro cuius rei elucidatione,
utique veritate, legendus est Aretin. in dist.

c. veniens. Nicol. av. Anton.

Grauatus.

362

363

364

365

366